UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XXXII. Industria octaua: in Negotiatione spirituali rationem dati & accepti esse exigendam. Additur formula collationis spiritualis, continens Praxim Negotiationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51132

Visual Library

## Cap. XXXII.

*Induſtria octaua : in Negotiatione ſpiritu… rationem dati & accepti eſſe exigendam. Additur formula collationis ſpiritualis, continens Praxim Negotiationis.*

*Neceſſitas examinis particularis ſecundi.* 197. IN Negotiatione omni rationem …
& accepti interuenire neceſſe eſt: …
quin & inſtitores deſunt officio, & errores …
1. gni irrepunt, & plerumque vſu venit, vt, q…
ſubducendis rationibus negligentiores …
fortunis euertantur, & foro etiam cedant. …
ergo tāta, quæ inter Deum & nos geritur, …
quam partes contrahentes, merito ration…
nobis exigimus : ne fides noſtra vacillet, …
que retractemus, aut etiam omnino à pa…
cedamus.

Res magna eſt, quam gerimus; Deum …
2. mus cooperatorem, & pecuniis meritiſque …
s v Chriſti Domini mercamur ; pretium …
*Luc. 19.* minus non eſt regno cœlorum; & qui dixit, …
*gotiamini dum venio*, rationem traditæ pecun…
noſtræque Negotiationis exiget in die extre…
iudicij. Præcipua quæ de hac ratione dici p…
ſunt, iam explicata ſunt in duplici exami…
generali nempe & particulari : quæ præſe…
inſtituto propria ſunt, nunc paucis exp…
nemus.

198. Ra…

8. Ratio hæc in eadem tria tempora, quæ xamine particulari conſtituimus, diſtribui- : matutinum nempe; quo proponitur res m in Negotiationem adducere toto diei urſu ſtatuimus; meridianum, & veſperti- m, quibus quid vtiliter, quid perperam a- m ſit, quidve omiſſum ex re mane propoſi- , diſcutimus. Concurrunt enim illis duobus mporibus, eadem opera, tria examina. Gene- e, quo de peccatis illo die admiſſis inquiri- us: particulare, quo vitium aliquod ex condi- exterminare nitimur: tertio vero, quid ne- ctum ſit propoſiti matutini, reputamus. uare non repeto quæ ſingulis attribui: qui e- m in iis ſe exercuerit, ei difficile nō erit & ter- m his iungere, & de omiſſione neglectæ Ne- tiationis iudicare; impoſita etiam ſibi pœna, orte delictum ſit, ne alias irrepat negligentia.

*Quæ in ratione dati & accepti obſeruāda.*

*1. Tria examina in vnum ſimul cōcurrere.*

9. Præter tria hæc tempora Negotiator ſpi- tualis ſæpius ad ſe redeat, feruorem intepeſ- ere non permittat: ſingulis ſaltem horis, dum exaudiuntur, breuiſſima recognitione ſtatum animi ſui conſideret; ſibi ſuoque ſe reddat Crea- ori, ſi forte vel ab animi puritate deflexiſſet, el propoſitum neglexiſſet. Quoties denique liquid acturus eſt, quod ſit alicuius momen- , illud non incipiat, quin Deo idipſum offerat commendet, addita ſimiliter deteſtatione ccati quod deſtruere intendit, aut deſiderio tutis quam geſtit acquirere. Talia eſſe poſ- unt, primarium aliquem conuenire; cum mu- ribus verſari; tractare cum aliquo de eius ſa-

*2. Ad mentis arcanū ſæpius recurrendū.*

lute; rẽ ex obediẽtia præſcriptam implere; oblte ſacra: hominem iracundum & male affectum compellare; ſtudia inchoare, & multo magis o-rationes; confeſſiones item excipere; concio-nari; hortari peccatorem; ſubditum aliumue caritate corripere. Denique facturus ea, qu Deo ſingulari cura mane commendauit, eade perficiat eo ſpiritu quo propoſuit.

3\. *Statis temporibus ad ſe eſſe redeũdum.*

Tertio vtile eſt, certa quædam tempora ligere, ſibique præſcribere, quibus pius anim in ſe redeat, quinquies aut ſexies in die: vt redit ad cubiculum: cum menſam accedit; refectionem, & hominum liberaliorem vel giorem congreſſum: poſt ſtudia. Denique ſæpius quiſque cum Deo interne conuer tur, quo ſæpius ardentes caritatis actus eli eo plus meriti acquiret. Diſcuſſio ſane fa lior reddetur, quia homo perpetuo in exa eſt. Nec difficile erit delicta inuenire, cum p pter aſſiduam vigilantiam, tum maxime nitoritudinem puriſſimæ conſcientiæ quæ culus non minimam ſtipulam, ſic nec n leuiſſimum ſine graui ſenſu admittit; qui mo quoque tempore, quo quis ad Deum dit, occurrit, & mentem quietam, donec dol ſublatus fuerit, non relinquit.

4\. *Bonis conſiderationibus & orationibus negotiatorem ſpiri-*

Memor ſit quiſque eorum quæ præcede libri capite finali ſcripſimus de gratiæ ac vir tum augmento, quanta ſcilicet iactura ſit in to lucro eſſe negligentem: vtque maius lucri deſiderium excitet, reuocet in memori ſibi eſſe moriendum: cœlos ipſos penetret, vide

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deat quem locum ſibi paratum cupiat: *vnicui-* *tualem ex*
*que enim reddet Dominu ſecundum opera eius.* Nos *citandum.*
enite bit in ex tu vitæ ſocordiæ noſtræ, præ- *Matth.16.*
ermiſſique officij; quod nempe, cum permul-
exiguo labore nanciſci poſſemus, maluerimus nugis atque inanibus næniis omnem noſtram ætatem rerere, qua æternis diuitiis cumulandis inſiſtere. Aſſuerudo plurimum poteſt. Poſſunt mercatores intendere dies & noctes, & quidem continenter; relaxationem atque intermiſſionem exiguam aut nullam admittunt: ſpes lucri à dolore capitis, á tædio, ab otio facile vindicat: &, quamdiu lucrandi opportunitates adſunt, eas numquam prætermittunt: ſi abſint, quærũt magna cura ac ſtudio: quid ni æque nos moueat ſpes æterni ac beatiſſimi regni, gloriæ incomparabilis, felicitatis perpetuo duraturæ?

*Oratio mane recitanda, & interdiu repetenda; qua ad Deum actiones noſtras referimus, ad eius beneuolentiam promerendam.*

100. Clementiſſime Domine, ac piiſſime Pater, ecce adſto coram tua Maieſtate, & Curia tua cœleſti, & fateor tibi me omnia debere: idcirco offero me, meaque omnia, & ea conſecro ac dedico diuinæ clementiæ tuæ, corpus nempe, animam, vitam, cor, deſideriaque omnia mea, & quidquid hodie facturus ſum, & in omnes æternitates: eo maxime fine, vt tibi ſuper omnia placeã; quia tu ſolus amor meus ſpes mea finis & intentio mea: præter te nihil volo, nihil



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cupio, nihil deſidero. Teſtor etiam atq; etiam,
me nulla ratione, nullo vmquam tempore, ulli
motui inordinato aut cogitationi peruerſæ a
quieturum, imo ne auditurum quidem: & qui
quid occurrerit, vel operibus meis ſeſe imm
ſcuerit, legi tuæ aut beneplacito repugna
omni quo poſſum ſtudio animique content
ne proteſtor id omne eſſe contra volunta
meam. Tu me, amantiſſime Domine, co
ua: fuga aduerſarium, & motus omnes rebe
comprime, vt te veſperi laudem, gratiaſque
feram, & deinceps in ſæcula ſæculo
Amen.

*Ita breuius.*

*Pſal. 72.* *Domine, quid mihi eſt in cœlo? & à te quid vol*
*per terram? Defecit caro mea, & cor meum: D*
*dis mei, & pars mea,* imo & totum meum, *D*
*æternum.*

*Vel:*

*Cant. 2.* *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

*Orationis pars altera, ad cupiditatem aliquam*
*euellendam.*

201. Quia vero in me multa video, Dom
Deus meus, quæ arctam tecum contractam
micitiam obſcurant, imminuunt, atque im
diunt, qualis inter cetera inanis gloriæ (v
cupiditas: ſiue illa orta ſit ex concupiſcenti
ue ex naturæ ac complexionis prauitate, ſiu
ducta conſuetudine: eandem inuiſam cupi
tem deteſtor, doleoq; ex animo, me culpa p

ſa in eam ſeruitutem incurriſſe : totus vero
tutis humilitatis (*vel N.*) pulchritudine ca-
us, ardentiſſimis votis in eam feror, teq; per
nnes miſerationes tuas rogo, obſecro, atque
teſtor, vt, euulſa radicitus inanis gloriæ (*vel*
cupiditate, optatiſſimam humilitatis (*vel* N.)
rtutem animo meo inſerere, augere, ſtabili-
que digneris, meritis Domini noſtri JESV
hriſti, cui honor & gloria in ſæcula ſæculo-
um. Amen.

*Ita breuius:*

*Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: legem tem tuam dilexi.* Pſal. 118.

*Orationis pars tertia, ad virtutem aliquam particularem acquirendam.*

02. Et quia, ô ſumme amator hominum Prou. 8.
Deus, delicias aſſeris tuas eſſe, vt ſis cum filiis
hominum, templumque tibi in eorum cordib.
delegiſti: vnice doleo, in eo ornamenta, quæ
præſentiam tuam deceant, deſiderari. Quare te
etiam atque etiam rogo, benigniſſime Domi-
ne, vt, quia ex me inducere non valeo, ea tecum
adferre, omniumque virtutum decora atq; ve-
nuſtatem importare digneris. Præ ceteris vero
virtute humilitatis (*vel* N.) indigere me fateor,
& ea quidem ad promptiſſime tibi obſequen-
dum ac diligendum maxime neceſſaria. Eam
ideo ex animo deſidero, & ex intimis præcor-
diis concupiſco; eo præſertim fine, vt tibi perfe-
cte obediam, atque in tuos complexus, in quib.
& perpetuo immorari, & etiam immori exopto

ardentiſſime ruam ac conquieſcam, tibi laudes
dicturus in ſæcula. Amen.

*Ita breuius:*

Cant. 1. *Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguent[orum]*
*tuorum.*

*Formula ſeu Praxis collationis ſpiritualis: ἀ[να]*
*φαλαίωσις Negotiationis ſpiritualis, ſeu examinis [par-]*
*ticularis, ad vitia deſtruenda, & virtutes inſe[ren-]*
*das.*

Quoniam vero conferentiarum ſeu coll[atio-]
num ſpiritualium fecimus initio mention[em,]
ſubiiciam hic pro coronide formulam, q[uam]
*Collationis ſpiritualis formula & partes.* qui velit, poſſit imitari. Conueniunt multi, [pa-]
rati ad quærendum de dubiis ſpiritualibus, [quæ]
cupiunt ſibi explicari. Ex his proponitur vn[um]
vel plura, prout quiſque ſibi optat ſatisfieri, [&]
patitur tempus.

Præeſt aliquis peritus & exercitatus, [qui]
perſpicue reſoluat dubia propoſita, & [de-]
ctum eorum, qui proponere neſciunt, ſupp[leat,]
proponatque ipſe, de quo à ſingulis iudic[ium]
exquirat, ſi minus ipſi in proponendo ſuffi[ce-]
rent; & auditis omnibus, vel etiam ſingulis [...]
totam reſumat, diſcutiat, explicet, nodoſ[que]
omnes reconditos euoluat.

Magni faciat ipſe quidquid ſinguli dixer[int,]
eliciatque mel de petra, oleumque de ſaxo [du-]
riſſimo: enimuero qui dicunt ex ſpiritu, qu[an-]
tumcumq; rudes, Præſidi egregiam materi[am]
diſcurſus ſpiritualis alicuius ſuppeditant. S[...]

d conferentiam veniamus, & inſtituatur quæ-
io de Praxi atque vſu Negotiationis iam expli-
atæ.

*Collationis quæſtio prima.*

Propoſito ergo atque explicato argumento, Præſide quærit primus, quænam ad praxim Negotiationis iuuandam facere poſſe videantur. Reſpondet Præſes, multa præcepta tradi poſſe, quæ tamen facile ex dictis colligantur: & inter cetera illud apprime fore vtile, vt, qui ſecure in hoc negotio velit procedere, arbitrum exercitationum ſuarum peritum deligat. Etſi enim vnctio Spiritus & neceſſaria ſit, & vehementer negotium hoc promoueat: non vacat tamẽ periculo, viæ duce carere, adeo obſcuræ, totq; dæmonis illuſionibus expoſitę. qua de re copioſe Caſſianus. *Etenim*, ait, *cum omnes artes ac diſciplinæ humano ingenio repertæ (quæ & nihil amplius quam vitæ huius commodis præſunt) licet manu palpari queant, & oculis peruideri, recte tamen à quoquam ſine inſtituentis doctrina nequeunt comprehendi: quam ineptum eſt credere hanc ſolam non egere doctore, quæ & inuiſibilis & occulta eſt, & quæ non niſi corde puriſſimo peruidetur: cuius error non temporale damnum, nec quod facile reparetur, ſed animæ perditionem parit, mortemque perpetuam!* Hæc Caſſianus. Accedit, vtiliſſimam eſſe de rebus ſpiritualibus ſermocinationem cum fido aliquo amico, cui libere ac confidenter teipſũ aperias. Sed cum quo ſecurius aut liberius quã cum conſcientiæ tuæ arbitro conferes? à

*Præceptum 1. Magiſtrũ in exercitiis ſpiritualibus peritum eſſe neceſſariũ.*

*Collat. 24. c. 16.*

quo certius ac verius lucem ac directionem ac cipies? nec id modo ratione eruditionis atque experientiæ qua pollet; ſed quia Deus propter humilitatem tuam, & ratione paternæ prouidentiæ amoriſque in filios ſui, eidem ſuggeret vnde lucem ac directionem optatam haurire poſſis. Hoc in primis præceptum neceſſarium eſt.

*Præceptum 2. Recollectio diurna quam frequens eſſe debeat.*

Neceſſe eſt deinde, vt conſtituat quiſque quoties per diem velit & poſſit redire ad ſe, excutere animum, & factorum rationem exigere: poteſt enim id omni loco & hora, hominibuſque interne degentibus id ſemper fuit familiare. Nec adeo id moleſtum cui debet, cum breui ſpatio illud fieri expe nonnulli itaque certas horas deſignant, Regis piiſſimi imitationem, qui ter, mane, pe, meridie, & veſpere, aut certe ſepties in die Deum laudabat) diſtributis videlicet pro que commoditate temporibus. Alij hora gulis (quarum pulſu ſe moneri ſentiunt) gunt animum; alii quoties cubiculum in diuntur, quoties ad rem aliquam notabilem cedunt, & tempus ſuppetit, ſiue inter eundum ſine dum mora aliqua interuenit. Quiſque go diligat quod fieri poteſt per occupation quo frequentius, eo melius. Ex profeſſo ad minimum bis fieri oportet, & attentius prolixius; nempe circa meridiem, & veſperam te quietem.

*Pſal. 54. Pſal. 118.*

*Præceptũ 3. Propoſiti conſtantia ſeruanda.*

Ab hac diſcuſſione omnis leuitas & inconſtantia eliminanda eſt; & quidquid ſtatutum

pro

ppoſitum fuerit, illud inconcuſſe ac inuiolaliter, quantum ratio permittit, obſeruandum. Hic radix infructuoſæ arboris deſignāda, ad eam ſecuris correctionis admoueatur.

*Quæſtio ſecunda.*

Secundus proponit & petit, quanto tempore, qui vitium aliquod euellendum vel virtutem inſerendam deligit, in iis ſingulis occupari debeat. Reſpondet Præſes, multa vna proponi quæſtione; atque primum de vitio exterminando, deinde de virtute inſerenda agendum eſſe: ſtatus præterea hominum eſſe diuerſos, quorum vnicuique conuenienter reſpondendum eſt. Alii nempe incipiunt, proficiunt alii, alii denique perfecti cenſentur. & quidem quorundam vitia altius radices egerunt, quædam vero nulla adhuc conſuetudine vel deprauata naturæ complectione roborantur.

His ſuppoſitis, illud initio ſtatuendum eſt, vt, qui incipit, (ab iis enim, qui incipientes appellantur, inchoandum eſt) aliquot menſibus ſeſe in rectitudine intentionis exerceat; quærens in omnibus Deo placere, ſuper omnia, propter ipſius ſingularem bonitatem; addito generali odio, perſecutione, ac deteſtatione vitiorum omnium, vt fuſe ſuperius explicatur. *Exercitiū. 1. Rectitudo intentionis in incipientibus.*

Singulis vero menſibus vertentibus conſideret attente quantum profecerit, & an expediat menſi iam lapſo alium adiungere in eodem exercitio. Idipſum Deo commendet, & lumen deſuper poſtules. Si poſt orationem ſentiat

detrimentum fore ſi diutius continuet, ali... aggrediatur, eo modo quo deinceps dicturi ... mus. Si vero nimium properando de ſolidita... virtutis exiſtimet detractum iri, hæreat qu... tum cum ſuo profectu & conſolatione in ...

*Eius duratio.* exercitio ſe verſari poſſe confidit. Arbitror ... quemque in exercitio rectæ intentionis ... tresve menſes vtiliter poſiturum operam ... terea ſub finem cuiuſque ſeptimanæ de ... ctu decurſæ illius hebdomadis inquirat di... ter puniat culpas, negligentias moraſque ... get. Nullo modo parcat, ſi aliquid ſini... tentione fecerit aut minus bona: ſi nulla ... tione ac perfunctorie res geſſerit, nec h... impune abire permittat.

Vt autem in hoc de rectitudine inten... *Quæ illud iuuent.* & in aliis ſequentibus exercitiis finem a... ris, ( qui eſt inordinati affectus deſtru... caritatis aliarumque virtutum incremen... neceſſe eſt omnes animi neruos con... cum abſoluta reſignatione ac voluntat... di quod in te eſt; & ad hoc orationes, p... tias, confeſſiones, communiones, vo... renouationes, & quidquid laudabile com... ſci potes, adhibeas. Certe reperies bre... pore, te non fruſtra laborem hunc ſubiiſſe ... ergo primum ſit exercitium, & iis quidẽ ... piunt, propoſitum.

Alterum eſt: Vbi menſibus aliquot is, ... *Exercitiũ. 2.* cipit, (præſertim ſi è ſalebris mundi rece... mergat) rectæ intentioni aſſueuerit, delig... *Oppugnatio præcipui* inde præcipuã è prauis naturæ ſuæ vitia...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſſionibus, eique bellum indicat, eo modo *defectus.*
 ſuperius explicatum eſt, iuxta conſilium *Collat. 5. c.*
ſſiani; ſeruato nihilominus etiam cum eo- *14.*
n augẽdæ caritatis exercitio: nec enim quid-
m impediet id, cum ad finem eiuſdem vir-
is omnes actus boni referri poſſint. Deteſta-
nempe ſuperbiam, fugis auaritiam, perſe-
eris ignauiam, vt Deo placeas. ſic reliqua vi-
oppugnabis, vt præclaram illam PERFECTI-
is ac caritatis margaritam aſſequaris.

Hoc etiam facies aliquot menſibus, & ſub *Eiuſdem*
em cuiuſque, re Deo commendata, diſpi- *duratio.*
ſan diutius in eiuſdem imperfectionis de-
uctione tehærere oporteat. Poſt duos demum
eſve menſes (vt videtur) aliud vitium conuel-
ndum aſſumes. Et hæc quidem omnia cum
dem feruore atque animi contentione pro-
quenda erunt, quo primum de caritate au-
nda per rectam intentionem ante diximus.
Nec facile cuiquam tranſeundum ordinarie e-
it ab vnius vitii exercitio ad aliud, quamdiu
circa huiuſmodi defectũ occupatio inueniatur.

Caueat tamen ſibi à latente ſocordia, quæ ad *Negligen-*
vitandam moleſtiam ac laborem noui exerci- *tia cauen-*
tii, nouorumque conceptuum, ſub quietis per- *da.*
nicioſæ latebris ſolet deliteſcere.

Obſeruet idem in hiſce omnibus diuerſos
motus à variis ſpiritibus prouenientes, diſcat- *Motus a-*
que bonos à malis diſcernere, ac dignoſcere *nimi va-*
quid à natura, quid ab animi perturbatione, *rii, & acris*
quid ab hoſte veternoſo proficiſcatur. hic nam- *pugna in-*
que immanis pugnæ occaſio ſumma dabitur: *terni ho-*
*minis.*

agi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

agitur enim de pelle exuenda, non externa qui-
dem, ſed interna: deque toto homine vetere de-
ponendo atque abnegando, vt nouum, qui ſe-
cundum Deum creatus eſt, induat. Aſſum-
haud dubie natura, iuris ſui tenaciſſima, for-
omnes, omnem induſtriam exacuet, vt ſe in
limites ſuæ libertatis cõtineat. Subtiliſſimæ
borientur tentationes, quas nouus miles d-
culter cognoſcet. Deinde, cum in medio v-
conſiſtat, & ſæpe extrema vitia virtutum
ac ſimulacrum aſſumant: iudicio opus eſt,
rituum diſcretione, iuxta & generoſo a-
cum ad artes ac impetus aduerſariorũ d-
cendos ac ſuſtinendos, tum ad eoſdem pr-
nendos.

*Quæ ſcriptio annotanda.*

Quapropter vtile admodum erit, in-
ſaria referre capita exercitationum iſtarũ, q-
tidiana propoſita, ſtudium menſtruum ac h-
domadarium, viſitationes cœleſtes, pugn-
grauiores ſuperatas, lumina ſuperuen-
quæ omnia ſuo tempore vſui erunt ad pr-
ſpiritualem proprium, alioſque in ſimili d-
mine adiuuandos.

*Quæſtio tertia.*

Proponit tertius: Dum contra vitia com-
do, nonne ſimul opus erit vt interea de ali-
virtute acquirenda ſim ſolicitus? Reſpon-

*Qui vitiũ oppugnat, virtutem acquirere.*

Præſes, neminem oppugnare vitium, qui-
mul virtutem aliquam intendat, & vero a-
gat: oppugnationes namque illæ, virtutu-
ctus ſunt. Vt igitur ſileam in primis augeri

item omnibus virtutum actibus, quales ſunt quibus vitia deteſtamur; incredibiliter præ- ea caritas augetur, dum in eius finem omnes us iſti interni actualiter referuntur. Deniq; m deteſtamur vitioſam inclinationem, eius ontrarium appetimus: vt qui perſequitur ſu- erbiam, tamquam humilitatis, quam appetit, oſtem iuratum, humilitatem auget, eiuſq; gra- s ſenſim accumulat. quod de ceterarum vir- tum actibus ſtatui poteſt.

*Quæſtio quarta.*

Quartus ſciſcitatur, quam diu contra huiuſ- modi domeſticum eumq; primarium hoſtem profligendum ſit. Reſpondet Præſes, quo fero- cior fuerit, altioresque radices egerit prauus il- le habitus, eo conſtantius ac diutius eum eſſe perſequendum. vt enim qui fundamenta iace- re velit, omnia rudera, arborum radices, ver- ſamque ac ſubmotam olim terram eruit, donec natiuam inueniat, ſuper quam fundamenta æ- dificij conſtituat; ita nobis agendum eſt, ſi ſoli- de fabricam ſpiritualem ſtabilire velimus: ni- hil antiquæ terræ veteriſque Adami remanere omnia paſſionum rudera, omnes peccatorum fibras erui conuenit; alioquin ædificium virtu- tis non ſtabit, & flante tentationum vento faci- le corruet: quia inordinatæ animi affectiones potentiam hominis, humanarumque actionũ fundamentum plane debilitant, concutiunt, ac conuellunt. quare vbi conſuetudo naturæ cor- ruptæ acceſſerit, aut alias prauus habitus vires habet

*Duratia.*

*Simile.*

*Praui habitus fundationem virtutum impediunt*

habet potentiores, fortius ac diutius laboran-
dum eſt: non item vbi exigua eſt oppoſitio
& vitium cedit imperio voluntatis.

Eadem ratio erit de ceteris defectibus ac
turbationibus animi exterminandis; quæ
ciſſim iuxta leges iam poſitas nunc per men-
nunc per certas hebdomadas, ſimili con-
conterendæ erunt. Dico, viciſſim; quia
nuimus cauendam eſſe confuſionem, ſigilla-
que defectus eſſe impetendos ſtatis temp-
bus: faciliuſq; vnum aduerſarium ſterni, q
plures, quorum vires & alterius acceſſion
borantur, & detractione debilitantur.

*Sigillatim vitia omnia deſtruẽda.*

Simile quid olim contigit in concerta-
Horatiorum Romanorum ex vna parte, &
Curatiorum Albanorum ex altera, qui de ob-
nendo imperio decertabant: cum enim pari
bore frequentibus prœliis vtrique com-
nuerentur; miſſo in compendium bello, Hora-
tiis Curatiiſque tergeminis hinc atque inde
» tribus, vtriuſque populi fata commiſſa ſunt.
» Anceps & pulchra contentio, exituque ip-
» mirabilis. Trib. quippe Curatiis vulneratis, d
» Horatii ſuper alium alius expirantes corrue-
» Superſtes tertius forte integer fuit; vt vniuer-
» ſolus nequaquam par, ſic aduerſus ſingulos
» rox. Ergo, vt ſegregaret pugnam eorum, f
gam capeſſit; ita ratus ſecuturos, vt quemq
vulnere affectum corpus ſineret. Iam aliqua
tum ſpatii ex eo loco, vbi pugnatum eſt, auf-
gerat, cum reſpiciens videt magnis interual
ſequentes; vnum haud procul ab ſeſe abeſſe, 

*Iul. Flor. geſt. Rom. li. 1. c. 3. Ti. Liu. li. 1. ab Vrbe condita.*

cum

n magno impetu redit : & dum Albanus «
rcitusinclamat Curatiis vti opem ferant fra- «
, iam Horatius cæſo hoſte ſecundam pugnã «
ebat. Prius itaque quam alter, qui nec pro- «
aberat, conſequi poſſet, & alterum Cura- «
m conficit. Itaque æquato Marte ſinguli ſu- «
erant. Horatius denique Curatio male ſu- «
enti arma gladium iugulo ſuperne defigit. «
(rarum alias decus) vnius manu parta victo- «
eſt, addito nempe ad virtutem dolo. Qui in «
poſita noſtra ſpirituali pugna magnæ pru- «
ntiæ atque induſtriæ argumentum eſt : ſic e- «
m aggregata vitia non expugnabis, ſegrega- «
facile vinces.

*Quæſtio quinta.*

Quintus ſubiungit : Quid ſi ſubinde labar in ſectum aliquem, de quo non eſt quæſtio? on licebit illum ſtatim in examen particula- reinducere, ne forte hæream in luto, aut etiam in alium grauiorem incidam? Reſpondet Præ- ... Etſi difficilius ſit duos proſequi quam vnũ, neceſſe eſt tamen ſubinde id admittere. Fures duos nocturnos aggrederis, non vnum tan- tum, ne alter fugiat, (ſi vtrumque capere poſſis) 1. præſertim ſi is qui fugit, fortior effectus, iugu- 2. lum tuum petiturus putetur. Peccata noſtra la- trunculi nocturni ſunt, & iugulum petunt: capi debent, quotquot teneri poſſunt. Similiter, quã- uis facilius ſit vnum, cui inſides, equum ducere, quam duos; fit tamen, & ſæpe multi longo a- gmine loris vincti abducuntur. Sic, etſi vni vitio do-

*Quotidiani defectus notabiles exagitãdi.*

*Similia.*

domando ſufficiat incumbere: cum neceſſe
tamen, non vnum tantum, ſed plura trahim
nec adeo incommode, ſi illa imperio volun
3 vinculo caritatis conſtringantur. Deniq
quemadmodum duos ephebos inſolentes,
malefactores, ſimul flagellare difficile eſt: ſi
men ſimul nudos alliges, æque facile in d
propemodum ſcuticam contorquebis, a
in vnū: ſic & quotidianos defectus depreh
ac detectos, in ordinario exercitio collig
tamquam malefactores, ad ſatietatem ca
poteris, cum voles: vtrumque enim pote
teſtari, & vtriuſque deteſtationem ad eun
caritatis finem referre: & id quidem ad v
ſaltem aut alterum diem, donec menti
quillitas reſtituta ſit, & ſanctiſſimo iuſtitiæ
dicatiuæ zelo ſatisfactum. Hactenus de
pientibus: de proficientibus modo dicend
eſt.

*Quæſtio ſexta.*

*In proficiē-tibus.* Petit ſextus, an eadem ratio ſit proficien
quæ incipientium: & quanto tempore p
cientes in hoc ſtudio, ſeu in vtroque exer
iam explicato, occupari debeant. Reſpo
Præſes, vtriſque doctrinam hanc eſſe comm
nem: & vbi cetera paria ſunt, etiam tempu
differentia poteſt intercedere, quod, qui
fecerunt, minora forſan habeant impedim
*Nota.* ta. Hoc tamen obſeruatione digniſſimum
terdum viros admodum virtute eminentes,
gratia, grauiſſimas à complexione peruica
pra

…a conſuetudine difficultates experiri; im-
…fectiſſimos vero nonnullos tantam in ſe ma-
…tiam ac pacem obtinere, vt multũ laborent in
…uenienda paſſione aliqua aut etiam peccato
…niali, quod confiteantur. non ideo tamen
…nt perfectiores.

Si ergo à natura remotæ huiuſmodi erum-
…nt, eæ comprimendæ ſunt; & ſic eadem ra-
…eſt, quæ incipientium. De tempore nihil a-
…d conſtituo, quam quod in aliis præcedenti-
…s ſtatuimus: vt nimirum ſingulis ſeptimanis
…menſibus quiſque cum Deo diſpiciat, an è re
…pirituali ſua ſit, hærere diutius in eodem ex-
…ercitio. Quod ſi accedat directoris iudicium, id
…quatur nihil enim certi conſtitui poteſt, quã-
…ſumma varietas ſolet incidere.

*Proficientes in defectus ſuos debere animaduertere,*

*Duratio.*

## *Quæſtio ſeptima.*

Vrget ſeptimus: Quid in complexione tem-
…perata, in qua molliſſima ſunt omnia, nullæ re-
…belliones, vix vllæ tentationes erumpunt?
Reſpondet Præſes, eiuſmodi perſæpe pericu-
…loſe laborare, & ſub placidæ naturæ vmbracu-
…lis non exiguos defectos abſcondi, qui prodũt
…ſe oblata occaſione. Nihilominus conſideret,
quicumque ille ſit, quid ipſe in aliis obſeruet,
quid in ſe ab alijs reprehendatur: videat quem-
admodum ſe erga Deum ac diuina habeat; quã
minime ſedulus in ſuis, quam inſolens in alie-
nis; denique quam parum interne conuerſari
aſſueuerit, quam omnia ſua faciat perfunctorie,
& per modum naturæ qui defectus exigui cen-

*Cum ijs qui tẽtationes non ſentiunt, quid agendum.*

ſendi non ſunt. Et ne talis vel nihil faciat, vel
tempus terat inutili indagine, aut tædio affi-
tur, inani velitatione ignotum aduerſarium im-
petens; expediet illum ad virtutum exercitium
admittere : ſic enim vitium contrarium ei ma-
gis innoteſcet; & dum virtutis ambiet pulch-
tudinem , hoſtem in inſidiis latitantem ;
tum demum deprehenſum, proteret & con-
ciet.

*Quæſtio octaua.*

Proponit octauus, quanto ſpatio profi-
ti in vitioſorum habituum euulſione ſit im-
randum, antequam ad virtutum ſtadium ad-
ti poſſit. Reſpondet Præſes: Ordo naturæ
ſtulat vt purgatio præcedat, illuſtratio & c-
natio ſequantur, quarum alias ſplendor ſo-
permixtione fœdaretur, Quapropter, quam-
ea impedimenta vigent, quæ virtutum inſi-
nem non admittunt, aut notabiliter impedi-
tamdiu vis nobis inferenda eſt, vt ea pel-
ac propulſemus. hoc vero quiſque in an-
ſuo reputabit , & cum directore confir-
Quamquam illud iterum repetendum eſt, no-
omitti ſtudium inſitionis virtutum, dum vi-
euellimus : cum enim odi peccatum , am-
& quæro virtutem cuius cauſa contrarium a-
minor; ſicque vitioſus habitus minuitur, cre-
citq; virtus contraria. Hactenus de proficien-

*Quæſtio nona.*

*De perfectis.*

Petit nonus, quid perfecti circa vitioſos h-
bitus agere debeant. Reſpondet Præſes: Cer-
ſi nullos habeant, non eſt quod ſint ſoliciti :
ha-

beant,non omittant euellere,atque ad id opportuna remedia quærere. Illud profecto verũ paucos eſſe qui ſine peccato ſint, & quorũ animis nullæ fibræ prauorum habituum adhęreant;quæ non raro erumpunt,non ſine inſignium eorum dolore & confuſione.

Illud etiam perfectis fatendum,temerarium eſſe,ne dicam pernicioſum,ſi ſibi perſuadeant, credant,nullos ſe habere defectus.concupiſcentia enim, quæ vitia omnia complectitur ac [...]et,dentes retinet :& licet non iugulet omnes,latrat tamen, & mordicat;mordet ſæpe incautos,& præfidentes ſæpe ſauciat.ideoque iuſto Dei iudicio permittuntur haud raro labi in minimis,vt lapſus timeant grauiores ; menteque retineant adhuc viuere in ſe aduerſarium, tanquam rabidum canem,catenatum quidem ſed longe verociſſimum; ad quem ſi acceſſeris, vinculorum timoris Dei, quo ligatur, remiſeris tuo ſanguine rictum ſuum imbuet ac cruentabit. Videat ergo quiſque quid in ſe reliqui veteris hominis viuat;& ſic,credo, non deerit,ne perfecto quidem,optima exercitationis materies.

*Perfectos non carere defectibus*

*Simile.*

Seruient etiam lapſus quotidiani ; quos eo ſtudioſius proſequetur, quo recentiora adhuc eorum ſentit vulnera ; & iungi poterunt cum penſo hebdomadario aut menſtruo, ſiue de rectitudine intentionis ſiue extirpatione alicuius prauæ inclinationis;vel certe per dies aliquot ſoli illi in exercitiũ erunt vocandi. Hactenus de vitioſorum habituum diſtinctione incipien-

tibus, proficientibus, & perfectis propoſi
nunc de palæſtra virtutum aliquid dicend
reſtat.

*Quæſtio decima.*

Decimus itaque petit ſibi aliquid expli
de eminẽti illa ratione, qua virtutes ac ipſa PE
R F E C T I O acquiruntur: & vt ordinate
ſpondeatur, tria proponit. Primum eſt, qu
hac diſciplina de virtutum exercitio ſit ma
obſeruandum: alterum, quibus hæc pal
pateat: denique, quamdiu in ea ſit commo
*Notabilia quædam in virtutum exercitio.* dum. Reſpondet Præſes, arduam ac diffic
rem poſtulari, multa tamen hac de re to
Negotiatione tractatu eſſe tradita, quæ re
re minime deceat.

I. *Sigillatim virtutes exercendæ.* In cuiuſque vero virtutis Negotiatione
prima fuit inter quæſtiones modo propoſi
multa conſiderari poſſunt; atque illud in
mis, ſingulis virtutibus ſigillatim ſuum
pus, ſuum exercitium eſſe tribuendum
da eſt enim in omni diſciplina confuſio. Si
gularis etiam cuiuſque virtutis diſquiſitio
titiam magis diſtinctam, & ampliorem in
tioremque habitum (id enim eſt quod qu
mus) animo ingenerat.

2. *Notitia virtutis præmittenda illius acquiſitioni.* Operæpretium deinde fuerit, virtutis, qu
quis cupit adipiſci, ante omnia cognitione
liquam conſequatur, ſtudiumque nonnull
præmittat: nemo enim fertur in incognit
reique notæ venuſtas ac pulchritudo, intue
oculos rapit, & animum occupat. Quare
ceſſe erit libellum aliquem habere familiare

er

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quo cognoſcat ſapientiæ ſtudioſus quid ſit il-
irtus, quod obiectum materiale, ſiue qui
actus virtutis illius; quæ ratio formalis, quæ
nitatem, bonitatem, ac ſplendorem omnem
ibus illis tribuit, & in quam tendit ac reſpicit
entis intentio; quanta illius virtutis pulchri-
do, quæ honeſtas, vtilitas, effectus; quæ vitia
beat oppoſita, quæ extrema; in quo medium
us conſiſtat; quæ virtutes eidem affines &
oniunctæ; quæ denique eius partes. hæc nam-
ue cognitio vehementer amplificat ac promo-
et virtutum acquiſitionem, quam tractamus:
æpe enim, quid appetamus, neſcimus; & in
uo virtutis honeſtas conſiſtat, ignoramus. Po-
amus exemplum. Miſericordia virtus eſt, qua
iſeriam alterius ex cordis animique viſcerib.
ubleuamus. Eius actus ac partes ſunt opera
miſericordiæ, alia corporalia alia ſpiritualia. Ra-
tio formalis eſt ſubleuatio miſeriæ proximi, mo
do quodam Chriſtiano & ex ſpiritu profe-
cta. Id honeſtum, vtile, ac fructuoſum eſſe, ni-
hil attinet hic explicari. Vitia oppoſita ſunt,
hinc immiſericordia, crudelitas, & deſpectus
miſerorum; inde profuſio in largitionibus: in
medio extremorum latet virtus miſericordiæ,
quæ benigne confert, prout miſerentis facul-
tas & miſeri neceſſitas poſtulant.

Illud potiſſimum curandum eſt, vt omnes 3.
internæ actiones in actu ſignato (vt loquun- *Quæ vir-*
tur) eliciantur, ob finem & rationem formalẽ *tutum for-*
cuiuſque virtutis. Credo (verbi gratia) Chri- *ma.*
ſtum IESVM venturum iudicem viuorum & *Fidei.*

mortuorum. cur ita? quia Deus prima veri[...]
ipſum reuelauit. Lubenter laboro ad[...]
*Spei.* *obedientiæ* tigationem vſque ; quia laborantibus æ[...]
quies ac beatitudo promiſſa eſt. Iudicium [...]
(etſi aliter ſentiam) ſubmitto; quia Superi[...]
ita videtur, quem loco Chriſti habeo: ei in [...]
*Humilitatis.* nibus pareo: quia mandat, quia præcipit D[...]
mo meipſum humilitatis ſtudio; quia vilis [...]
& abiectus. hæc enim in hiſce virtutibus [...]
formalis eſſe dignoſcitur; in cuius appe[...]
ac progreſſione virtutis pulchritudo eff[...]

4. Nec ſatis eſſe videtur aliquot dumta[...]
*Omnes virtutes quærendæ.* tutes nobis reddamus familiares, ceter[...]
termiſſis : ſunt enim omnes colligatæ, &[...]
vna deſit, tota harmonia corporis ſpiritu[...]
ſoluitur.

5. Libri autem qui opitulari poſſunt ad [...]
*Libri idonei.* notitiam delibandam, ſunt, Paradiſus a[...]
Alberti Magni, Peraldus de virtutibus, [...]
gnolius de PERFECTIONE Relig[...]
ſimiles.

Iuuabit quoq;, de huiuſmodi virtute, [...]
6. nonnullam iam notitiam adeptus es, [...]
*Meditationes præmittendæ acquiſitioni virtutum.* feruentes meditationes inſtituere, & lu[...]
Deo petere ad Praxim exercendam; nota[...]
inde lumina quæ hauſeris ſiue in meditat[...]
ſiue in Praxi vſuque virtutum.

7. Quærenda erit occaſio multa opera ex[...]
*Exercenda opera eiuſdem virtutis.* di, quę propria ſunt virtutis huius, & ſingul[...]
eadem forma ac fine exequenda erunt.

Obſeruabis diligenter internos ſpiritus[...]
8. tuſque ſingulos, & eos à vitiorum extremo[...]

ma[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

otibus diſcernere conaberis:ſollertiam natu- *Diſcretio-*
;atque importunitatem, vitioſæque inclina- *ni ſpirituũ*
onis contumaciam conſiderans: cui nihil erit *incumben-*
dulgendum: ſed forti animo obuiam ibis, ne *dum.*
portunis precib. re parua obtenta, ad maiora
cogat procedere.

Ex frequenti vſu ac pugna interna formabis
bi comparationes, quibus ſagacitatem peruer 9.
naturæ, gratiæ idem vires, ac virtutis illius *Compara-*
ulchritudinem bene concipias, conferens ſpi *tiones ma-*
ritualibus corporalia, æterna temporalibus. Ex *toris cogni*
quo fiet, vt & collectus quam diutiſſime maneas *tionis gra-*
& facilitatem interne ſpiritualia tractandi ac- *tia.*
quiras.

Conſideret quiſque quid obſeruet in aliis 10.
circa virtutis illius Praxim atque eminentiam, *Imitatio.*
conetur que imitari: non modo quodam exter-
no ad plauſum, ſed totum bene imbibere pri-
mum in interiori homine, deinde illud exterio
ri opere modo condicioni cuiuſque congruen-
ter exprimere.

Non oberit interdum ad eiuſdem virtutis 11.
acquirendæ (vt etiam vitii deſtruendi) exerci- *Eiuſdem*
tium poſtliminio reuerti, interrupto etiam alia- *rei repeti-*
rum ordine: ipſa namque repetitio intermiſſæ *tio vtilis.*
virtutis ſuo fructu ac voluptate non caret, &
maiori lumine ac facilitate ſuſcipitur.

Quæ de virtute acquirenda iam dixi, pleraq; 12.
obſeruari quoque poſſunt in vitioſorum habi- *Vitiorum*
tuum extirpatione: contrariorum enim eadem *notitia plu*
eſt diſciplina: & ſi malitiam peccati ſi damna quę *rimum iu-*
importat, ſi turpitudinem, ſi virtutis oppo-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*iuuat eorũ deſtructionem.* ſitæ interitum, ſi moleſtias quas quotidie pe
cantibus adfert, perſpecta habeamus, longe
plius illud oderimus, maiorique conatu pro
remus.

13. *Virtutis acquirendæ difficultas.* Ex his facile coniicere licet, qui fiat vt n
nulli per plures menſes, ne dicam annos, in
tio aliquo exterminando, vel virtute acq
renda, occupentur: multę enim fibræ ex ra
dice prodeunt; multi rami in vna denſant
bore; ideoque multæ partes circumſtantiæ
conſiderandæ, immutandæ, amputandæ, v
lus proficiendi ſit finis. Profecto, antequam
re & perſpicue medium virtutis inuenias
gnoſcaſque, & in illud ſtudio feraris, optam
finem obtineas, hoc opus, hic labor e

14. *Quamdiu immorandum in quaq; virtute.* Nihilominus non expedit vltra menſes
quot, idque primis initiis maxime, exercit
vnius virtutis, vt diximus, prorogare, niſi v
copioſa profectus materia ſeſe obiiceret
eadem ſeruanda erit, quæ de vitij deſtru
poſita: vt videlicet ad finem cuiuſq; menſis
ſideretur an tempus prorogare expediat. Ca
dum enim eſt à ſocordia, quæ facile irrepit
tempori nulli limites aſſignantur; pręſtatq
vtiliter ad idem iterato reuerti, quam neg
tiæ ac remiſſioni habenas laxare. Hactenu
prima quæſtione.

*Quæſtio vndecima.*

Inſtat vndecimus, vt explicetur quinam
nei vt ad hanc virtutis eximiam arcem ad
tantur: quod ſecundo loco monebatur. Re
det Pręſes, id in particulari ſtatuere eſſe diffi

quam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

amdiu enim aliquid euellendum remanet, (quod raro aliter contingit) negligi aut præter-mitti ſtudium vitiorum eliminandorum haud facile debet, vixque ex toto deponi; vel quia adhæret ſemper aliquid praui habitus, vel quia vſus quotidiani prolixe exercitio materiam ſuppeditant.

*Qui ad virtutum exercitium admittendi.*

Fieri tamen omnino neceſſe eſt; atque ij in primis nullo modo repellendi, qui cum matris vbere ſimul lac virtutis hauſerunt, & inde à teneris annis ſeſe diuino obſequio manciparunt, vſum rerum cœleſtium quodammodo in naturam conuertentes: adeoque puri atque integri ſunt, vt & ſtolam baptiſmalem reſeruaſſe, & nullum cum mundo & vitiis commercium habuiſſe videantur. 1.

Secundo loco admittendi ſunt, qui naturam à perturbatione & prauis affectibus liberam gerunt: quales non paucos ſæculum noſtrum produxit: qui ad virtutem nati, in virtutis ſtadio ſine vllis quaſi impedimentis decurrunt: optima complexione naturali præditi, & inſignib. gratiæ muneribus exornati. *Vnuſquiſque* enim *illorum* (vt ſcribit Ezechiel) *coram facie ſua ambulat*; &, *vbi eſt impetus ſpiritus, illuc* nulla mora *gradiuntur.* 2.

*Ezech. 1.*

His accedunt, qui magno feruore ac ſpiritu vitia ſua proſequentes, nihil ſibi ab eorum venenato morſu formidant. 3.

Denique vbi ſtrenuus Chriſti pugil, decurſo iam ſtadio in oppugnatione vitiorum, ſuique victor, iudicio preſertim ſui directoris, ad hanc 4.

ſublimiorem palæſtram putauerit acce-
dum; aut quia ſingularem profectum ſpera-
de conſequi, vel illic minus deinceps ſe pro-
re poſſe animaduertit.

*Quæſtio duodecima.*

Duodecimus & vltimus cuperet aliqui
terminari de huius exercitij duratione: qu
ſtrema quæſtio propoſita erat. Reſponde
ſes, finem huius exercitationis eſſe, vt,
ſis vitiis, virtutes augeamus, & PERFEC
NIS lauream acquiramus. Atqui vir
*Profectus ſpiritualis nullus in vita terminus.* habitus, quamdiu ſpiramus, augeri po
ſicut & merita & ipſa PERFECT
quam viatores quærimus, nullum admi
minum: quamdiu ergo ſpiramus, inte
*Ratio. 1.* hoc ſtudium non debet, donec ad meta
ueniamus. illic demum brauium accipie
quod cum infinitis ſpatiis merita noſtra e
ret; nemini timendum eſt, ne curſui labo
noſtro, quem maximi facimus, præm
compenſatio minime par reſpondeat

2. Corpora humana vbi adoleuerint, &
tam ætatem attigerint, creſcere deſinunt,
animi, qui ſeipſis maiores cum ætate eff
tur. Et quercus quidem centum annos c
re, totidē in perfecto ſtatu vigere dicunt
tertio centenario conſeneſcunt atque in
unt: iuſtorum vero vita tamquam lux ſple
creſcitque vſque ad perfectum diem; illu
quam diem, qui neſcit occaſum.

3. Naturæ deinde vita præditæ ſine alim
conſiſtere nequeunt. Animis vero ſuus ſ

ſeſt, ſua vita, longe nobilior: at virtutis ex-
citium cibus animæ eſt; qui ſi deſit, ipſa deni-
ue intereat neceſſe eſt.

Sed quis eſt qui dici velit, Deum à ſe nequa- 4.
uam vt patrem diligi? Sane, qui alium diligit,
pro virili complacere conatur. At in nullo
ſeo diuinæ bonitati gratificamur, atque in ar-
enti PERFECTIONIS proſecutione. *Hæc eſt* 1. *Teſſ.* 4.
*nim* (ait Apoſtolus) *voluntas Dei, ſanctificatio ve-*
*ſtra.* Intermitti ergo non debet vllo tempore
oc prꝑſtantiſſimum ſtudium, donec euocet is, 2. *Cor.* 5.
qui vnicuique reddit prout greſſit in corpore,
ue bonum, ſiue malum.

Pœnitebit certe, dum è corporis huius do-
micilio nos egredi contigerit, pœnitebit, in- 5.
quam, vel vnius gradus gloriæ iacturam feciſſe:
quem beati tanti faciunt, vt nulli labori parce-
rent, ſi illum rurſus poſſent promereri.

Admirandum illud eſt, quod pius iuxta ac e- *Thomas à*
ruditus quidem auctor refert de dæmonis cu- *Cantipra-*
iuſdam reſponſo. Rogatus enim quid pati vel- *to li. 2. c. 57.*
let, vt ſibi ad beati Dei viſionem aditus pateret; *n. 67.*
dixit ſe paratum eſſe tormenta omnia, quibus
æternis ignibus deſtinati cruciantur, ſiue ij dæ-
mones ſint, ſiue homines, in ſe vnum conge-
ſta vſque in extremi iudicij diem perpeti, modo
Dei videndi vel breuiſſimo tẽpore poteſtas fiat.

Illud quoque memoria dignum, quod Colo-
niæ in Eccleſia B. Petri, qui ſcripſit, ſe preſen- *Caſar li. 3.*
tem vidiſſe & audiſſe teſtatur. Spiritus enim ne- *c. 10.*
quã de ſuo ad ſperatam gloriam reditu interro-
gatus reſpondit: Si columna quædã ferea, eaq;
igni-

„ ignita nouaculis acutiſque calamis vndequaq;
„ inſtructa, atque illa eadem machina à terra ad c
„ los vſque pertingens, ſtaret; ego, corpus hum
„ num nactus, in eam inſilire, voluique ac re
„ ui non formidarem, reperemque laniand
„ qua aſcenſu, qua deſcenſu, & perpetuo ad fin
„ vſque ſæculi extremum memet in illas acie
„ duerem, dummodo reditus ad eum ſtatu
„ quo excidi, ſpes aliqua affulgeret.

Verum quid faceret miſer? nondum eni
rat beatus, quamuis Dei præſidio eſſe pote
& beatitudinem ſperare. Caueret ille om
deinceps ne in locum illum delaberetur t
torum, à quo nuſquam patet exitus. Hoc pri
Deinde partem cum beatis Angelis æmu
tur in cœlis. Denique locum etiam ſuperi
non ambitione, ſed humilitate quæreret.
modo prudentiores, alienoque exemplo ca
tiores, conſulamus nobiſipſis. Serius enim
cti officij pœnitere, vbi pœnitentiæ nullus e
relictus locus.

Verum, ne quid deſit hiſce documentis,
huius ducem nobis proponamus, qui præ
quique doctrinam hanc non verbis prædi
ſed moribus exprimat. Expreſſit profecto
*P. Thomæ Sanchez virtutes.* Thomas Sanchez, Cordubenſis, quem ant
num annum Deus ad laborum præmia euo
uit, vir, dum viueret, domi nobilis, humilita
laude & iuris vtriuſque ac Theologiæ erudit
ne illuſtris: qui cum adoleſcens à Societate n
ſtra, cuius ingreſſum ſummis votis expete
ob linguæ impeditæ defectum excluderet

fu

ad B. Virginem prece, à qua recedere noluit
nec ipſa ſe voti compotem feciſſet, minime
ſua fruſtratus eſt, ſoluto linguæ impedimen
&ad Societatem admiſſus perpetuum ſe ma-
æ Matris cultorem atque imitatorem exhi-
it; cum multis religioſarum virtutum orna-
entis, tum integerrima vitæ ſanctitate ac co-
mbina ſimplicitate amabilis. Idem à Clemen-
octauo Pontifice maximo, ob illa celeberri-
de Matrimonio ſcripta, eximie laudatus: o-
mib. cuiuſque ordinis, ob excellentem pau-
ertatem, incredibilem abſtinentiam, indefeſ-
ſque labores pro ſancto habitus, veneratio-
fuit. Hic ergo tantus vir hanc noſtram Nego-
tionem cum ſummo vitiorum odio, virtu-
q; amore ſingulari: ſic coluit atque exercuit,
omnem dicendi docendiq; rationem exceſ-
rit: &, ſi libri deficerent, merito ex eius vita
moribus. tota hæc noſtra doctrina deſumi re-
ctariq; poſſe videretur. Quotidie, quæ Nego-
tationi ſubiiciebat, proponebat mane & in li-
bellum ſecretiorem referebat: decurſu diei ex-
ercebat, quæ propoſuiſſet: certis denique tem-
porib. à ſe rationem exigebat incredibili lucro
atque eo profectu, qui ei ſanctitatis famam ac
venerationem peperit. Educam è libello ratio-
num ſpiritualium eius, quæ manu propria an-
notabat ad Praxim, quæq; poſt eius obitum re-
perta, noſtro propoſito admodum hic oppor-
tune reddentur, atque in primis his verbis. *Vita*
*mea quotidiana atque vniuerſa ſimilis eſſe debebit Ne*
*gotiationi ſpirituali: nec non mercatori cupido, & ad*

*B. Virgo Maria orati ſoluit linguæ impedimentum.*

*Negotiationis materia.*

1. *Caritas.*

*omne lucrum intento: ac primo omnium circa carita-tem, mea commoda alienis poſthabebo; diſrumpar po-tius quam aliena referam aut diuulgem delicta: nec aliis eadem, quamuis leuia, & ioco referentibus au-rem præbebo. Conabor omnibus modis cogitationes fo-uere ſublimes.* Hæc de fraterna caritate.

De patientiæ exercitio ſubiungit: *Negoti-mea verſari quoq; debet in omni patientiæ exercitio-ne. Benigne feram, ſi contingat mihi neceſſaria e-ſſe, & ex obliuione ea mihi minime ſuppeditari. vnum maxime curabo, vt ei omnium accurati-ſeruiam, qui me maiori moleſtia & vexatione a-rit. Quando ex cubiculo egrediar, me ad hoc com-rabo, atque etiam optabo, vt aliquid aduerſi mihi feratur. Quod ſi quē aliquid petiturus accedã, Dei-cabor vt id mihi denegetur, aut certe minime tribu-ſalt ex errore aut obliuione; vt ita perpetiẽdi mat-mihi non deſit.* Hactenus eius verba: quib. a-plixe re ipſa reſpõdebat, vt p magnitudine ſ-rum nulla aut certe obſcura verba eſſe videa-

2. *Mortificatio internorum & externorum ſenſuum.*

Adijciamus quæ domandarũ perturbatio-ſenſuũq; ſtudio atq; cuſtodia exercebat. *Nun-nor*, inquit, *hoſtis ero voluptatũ ac deliciarũ, q-cacodæmonis.* Ex quo capite ſenſib. aut vix vte-tur, aut dũtaxat quando opus erat: numq̃ ſ-narib. admouiſſet: res nouas nec audiebat, ab aduenientib. fratrib. aliiſve quidq̃ ſciſcitab-Sed ipsũ in hoc argumento pgredẽtem au-mus. *Si quando, ait cõgregatos aut circũſpiciẽtes vi-ro, non ſubſiſtam: nec contuebor vt quid fiat videa-Per domum ita defixis in terram oculis incedam, v-dumtaxat trãſeuntium vultus agnoſcam, honori ex-*

hiben-

ndi gratia: præterea nihil. In triclinio ſingulari v-
modeſtia: non modo benedictionis, aut gratiarum
nis, ſed & toto refectionis tempore. Ne lancem
m quidem adſpiciam, niſi quando oblata à me ſu-
da erit. Hactenus ſcripta. Taceo corporis
ellationes, ieiunia, guſtus, mortificationes,
bus iuſtum volumen impleri poſſet: redeo
beati viri leges atque obſeruationes. *Quid-*
*,* inquit, *mihi oblatum fuerit, eo ſolo veſcar, nullo*
*cto aut oleo, aut aceto, ſale, aut condimento: neque*
*vita mea decurſu certis ciborum generibus vtar,*
*d meo palato mirum in modum arrideant: etiamſi*
*pane tunc temporis contentus eſſe debeam. Illud*
*nino intactum relinquam, in quod appetentia mea*
*ur ardentius. Me mortificabo in ferculis ex farre*
*poſitis, artocreis, ſaccaro, aut melle conditis. Si con*
*gat menſæ miniſtrum aliis, me prætermiſſo, inſer-*
*: hoc à Deo petam, vt mei penitus maneat imme-*
*. Circa potum aliquid relinquam, quantumuis ne-*
*ſitati naturæ ſatisfactum non ſit.*

De ſilentio, quod diligentiſſime ſeruabat, 3. Silentium.
c ſibi præſcripſit: *Extra ordinarium mihi ſilen-*
*m indico: daboque operam, vt in omni conuerſatio-*
*mea aliquid de Deo loquar: neque hoc tantum cum*
*meſticis, ſed etiam cum externis, vt ii aliquid de diui-*
*a me acceptum domum referant.*

De paupertatis ſtudio ſequentia aſſcripta e- 4. Paupertas.
ant: *Paupertatis amator ero maximus: cibisque*
*untaxat vtar, quibus veſci Religioſos pauperes decet.*
*Itinere nihil mecum, quod delicias ſapiat, deferam:*
*c puluillum, aut veſtes non neceſſarias.*

De propoſito humilitatis exercēdę ſic habet: 5. Humilitas.

*tali habear, & vt talis ab omnibus agnoſcar*
*ciam. Neque aliquid, quod in laudem meam*
*det, dicam aut faciam: neque vt quis me doctum*
*prudentem reputet, annitar. Quoties abſque*
*nouiſſimum obtinere locum in Refectorio potero,*
*bens occaſionem captabo.*

6. Obediētia. Addamus aliquid de obedientiæ virtute.
*obedientia*, ait, *accuratiſſimus ero, etiam*
*tera inchoata relicta. Folium arboris in horto*
*tingam: non decutiam vel vnum perſicum.*
*num abſq; facultate aut tribuā aut accipiam*

7. Oratio. De ſtudio orationis, quam rebus omni
& maxime ſtudiis (quæ ad duodecim hor
tendebat quidem quotidie ad veſperam
ieiunus) adhibebat, dicendum eſſet:
ficiet inſtituto noſtro, ſi ſola eius verba
mus. *Omnis*, inquit, *cura mea & ſolicitudo*
*Sanctiſſimum Sacramentum*, Iesvs *Cru*
*xus, Virgo Maria, erga quam ſingulari ſtudio*
*Ad illam vt matrem in omnibus neceſſitatibus*
*tatibus, ſtudiiſque recurram: per eam Deo gra*
*gam pro quouis opere facto in Dei obſequio: per*
*veniam precabor pro quouis defectu admiſſo:*
*Deo commendabo, qui mihi moleſtiam aliquam*
*buerunt.* Hæc ille. Geſtabat vero verba
*Sanctiſſimum Sacramentum*, Iesvs *Crucifixus*,
*Virgo Maria*, pietatis cauſa, in Breuiario:
horū verborū pronuntiationem oīs infel
ac moleſtia, ſi quæ ſuperueniſſet, abſcede
Certe circa hæc contigerunt miracula qua
præclara, quę referre non eſt huiꝰ loci
dā, anteq̃ finiam: menſib. ac ſeptimanis ſing

litum fuiſſe modo in huius, modo in illius
rtutis acquirendæ ſtudium incumbere. Exa-
inabat ſe circa finem menſis aut hebdomadę,
otatis erroribus; hac Praxi. *Menſe Aprili* (qui fuit
tæ eius poſtremus) *Sanctiſsimo Sacramento pluri-*
*a deuotio & caritas: Chriſto Crucifixo multa patiẽtia:*
*atæ Virgini exactum ſilentium. Prima hebdomade*
*hil: ſecunda, impatientia exigua: tertia, tres paruæ:*
*arta, duæ paruæ.* Addidit & illud in reuerẽtiam
nctiſſimi Sacramenti: *Quotidie illud quinies viſi-*
*abo: diebus Iouis octies, adhibita vna verberatione, &*
*ſtatione cilicii, cum continua tanti myſterii recorda-*
*one, & adhibita ſingulari cura lucri ſpiritualis. Octo*
*diebus ante ſollemne illius feſtum, & totidem poſt, quo-*
*idie Litanias recitabo, diſciplinam faciam, cilicium*
*eſtabo, ſolitis orationibus vnius præterea horæ ſpatium*
*adiiciam, ſingularem curam adhibebo me ad tantum*
*feſtum diſponendi: hiſce vero diebus octies illud viſitabo:*
*in profeſto ſacrum vnum audiam, duas horas amplius*
*ſolito in oratione impendam. Ieſu Crucifixo faciam*
*diebus Veneris, quod die Iouis dixi me facturum: idem*
*die Sabbati in honorem Diuæ Virginis. Diebus octo ante*
*quodlibet feſtum Chriſti Domini, aut Dominæ noſtræ,*
*item in profeſtis, ſic me præparabo, vt de ipſo ſanctiſsimi*
*Sacramenti feſto ſuperius dixi: idemque præſtabo octo*
*diebus ante Paſcha, Pentecoſten, ac ſanctiſsimam Tri-*
*nitatem.* Hactenus ex eius manuſcripto. Parum
eſſet, nec admodum admiratione dignum, ſi in
ſolo propoſito rerum agendarum huius ſancti
viri PERFECTIO ſtatueretur: facile enim eſt
proponere: ſed qui propoſuerit & exercuerit,
hic magnus vocari meretur in regno cælorum.

Id certe ceteris admirabilius; quod totis quadraginta tribus annis, quibus in Religione vixit, imo & ante ingreſſum, numquam animum in quouis prædictorum exercitiorum vel minimum remiſerit, aut aliqua intermiſerit, quibuſuis impedimentis, iiſque multiplicatis, interuenientibus. Quantumuis grauem perſonam apposite dimittebat, vel audito pulſu ad orationem, vel cum inſtabat exercitiorum eius distributio.

Ex his videre liquet, quantum meritorum cumulum ſecum in cœlum detulerit hic vigilans mercator ſpiritualis, quoſue adinuentionum ſuarum fructus inibi comedat, iuxta frequentem repetitionem illorum verborum ab
*Iſaia. 3.* ipſo factam: *Dicite iuſto quoniam bene, quoniam fructum ad inuentionum ſuarum comedet.*

*Concluſio.* Pauca ſunt, quæ hactenus dixi de propoſita quæſtione, pro rei dignitate. Et vero ea nulla eloquentia exprimi poſſunt: hæc enim ignota, abdita, recondita, planeque ſpiritualia, fugiunt ſenſus humanos, nec videri poſſunt ſine cæleſti lumine, & amplius à Praxi quam à magiſtris dependent ac capiuntur. Deus vero magnus artifex eſt; & magna operatur, qui potens eſt. Ideo inter fructus præſentiæ diuinæ vnus anonymus poſitus eſt, & quidem præcipuus: quia interna cum Deo conuerſatio eos fructus parit, qui noti ſunt ſolis beatis, Deum miraculorum laudantibus, qui per infirma mundi admirandas virtutes ſuas operari non dedignatur. Ipſi gloria in ſæcula.
*Luc. 1.*

CA-